



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 6. Sessio IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

uberrima in dicendo facundia, qua inter Sæcol. XV.  
Græcos eminebat, quicquam eidem suf- A. C. 1439.  
fragaretur.

### §. VI.

#### *Sessio quarta Florentinæ Synodi*

Die Sabbati septima mensis Martii cele- *Ibid. p. 279.*

brata est Sessio quarta, in qua Ioannes Marcum Ephesinum velut fulmine tam  
vehementer percusit, dum ex pluribus pervetustis Sancti Basili codicibus,  
qui tam Constantinopoli, quam ex aliis  
Græciæ urbibus consulto afferebantur,  
hunc Sanctum Doctorem in suis contra  
Eunomium libris Spiritum sanctum non *S. Basil. l. 3.*  
solum a Patre, sed simul a Filio procede- *contra Eu-*  
re, disertis omnino verbis docuisse, mani- *nom.*

feste ostendit, ac præterea insignem Græ-  
corum perfidiam, qui in ejusdem sancti  
Patris exemplaribus verbum, *Filioque*,  
studiose expunxerant, clare detexit. Cum  
vero Marcus, quid ad hæc responderet,  
non inveniret, Imperator Nationis suæ  
honori consulturus, Joannem interpella-  
vit, dicens, nequaquam standum esse co-  
dicibus hisce in medium adductis; plu-  
rimos enim alios in Græcia reperiri, in  
quibus absque omni depravationis nota,  
vox illa desideraretur; *Verum Domine Im-  
perator*, reposuit singulari modestia Car-  
dinalis Julianus, *cum decreveritis ad cer-  
tam*

Sæcul. XV. tamen venire, oportuit Magnificentiam  
 A C. 1439. stram arma vestra vobiscum adducere, non in  
 S. Antonin. certamine ipsa expectare. Hæc nobis re-  
 tit. 22. c. II. lata reliquit S. Antoninus, qui hisce dispu-  
 tationibus ipsum sese interfuisse testatur.

## §. VII.

*Sessio quinta Synodi Florentinae.*

*Labbe Conc.* Sessione proxima, quæ erat quinta, de  
 tom. 13. p. decima mensis Martii feria tertia cele-  
 brata, rursum de testimonio S. Basili agebatur.

Marco disputationem aus-  
 canti Joannes confessim solido respon-  
 occurrit, pluribus itidem confirmans, que  
 in præcedenti Sessione dixisset, ac de-  
 dum demonstrans, hanc esse mentem S.  
 Basilii, & sententiam verissimam, quod  
 Spiritus sanctus æque a Filio ac Patre  
 procedat, in cuius argumentum unum de  
 ejus libris produxit, in quo S. Basilius in  
 homilia de Spiritu sancto Latinorum sen-  
 tentiam diserte tradidit. Disceptatio  
 hæc usque adeo protracta est, ut Impera-  
 tor eam tandem absolvi petierit, eo quod  
 Græcis respondendi tempus haud amplius  
 suppeteret. Quocirca dimissa Synodo  
 decretum est, ut Sabbato convenienter.

## §. VIII.

*Sessio sexta Concilii Florentini.*

Ergo die Sabbati decima quarta Martii

con-